THIS IS A LEGACY SPECIFICATION

OCR
RECOGNISING ACHIEVEMENT

ADVANCED GCE

LATIN

2488

Literature 3 (Commentary and Essay)
SALLUST

Candidates answer on the Answer Booklet

OCR Supplied Materials:
- 16 page Answer Booklet

Other Materials Required:
None

Tuesday 22 June 2010
Morning

Duration: 1 hour 45 minutes

OCE/26623

2488

INSTRUCTIONS TO CANDIDATES

- Write your name clearly in capital letters, your Centre Number and Candidate Number in the spaces provided on the Answer Booklet.
- Use black ink.
- Read each question carefully and make sure that you know what you have to do before starting your answer.
- Answer **all** the questions.
- Do **not** write in the bar codes.

INFORMATION FOR CANDIDATES

- The number of marks is given in brackets **[ ]** at the end of each question or part question.
- Each question is marked out of 40, including 4 marks for quality of written communication.
- The total number of marks for this paper is **120**.
- This document consists of **4** pages. Any blank pages are indicated.

© OCR 2010 [A/100/3697]
DC (LEO) 26623/1

OCR is an exempt Charity

Answer Section A **and** Section B.

Section A

Answer **both** questions.

Group C: Historians

1 Answer the questions on the following passage:

quibus rebus permota civitas atque inmutata urbis facies erat. ex summa laetitia atque lascivia, quae diuturna quies pepererat, repente omnis tristitia invasit: festinare trepidare, neque loco neque homini cuiquam satis credere, neque bellum gerere neque pacem habere, suo quisque metu pericula metiri. ad hoc mulieres, quibus rei publicae magnitudine belli timor insolitus incesserat, adflictare sese, manus supplices ad caelum tendere, miserari parvos liberos, rogitare, omnia pavere, superbia atque deliciis omissis sibi patriaeque diffidere. *5*

at Catilinae crudelis animus eadem illa movebat, tametsi praesidia parabantur et ipse lege Plautia interrogatus erat ab L. Paulo. postremo dissimulandi causa aut sui expurgandi, sicut iurgio lacessitus foret, in senatum venit. tum M. Tullius consul, sive praesentiam eius timens sive ira commotus, orationem habuit luculentam atque utilem rei publicae, quam postea scriptam edidit. sed ubi ille adsedit, Catilina, ut erat paratus ad dissimulanda omnia, demisso voltu voce supplici postulare a patribus coepit nequid de se temere crederent, ea familia ortum, ita se ab adulescentia vitam instituisse, ut omnia bona in spe haberet. ne existumarent sibi, patricio homini, cuius ipsius atque maiorum pluruma beneficia in plebem Romanam essent, perdita re publica opus esse, cum eam servaret M. Tullius, inquilinus civis urbis Romae. ad hoc maledicta alia cum adderet, obstrepere omnes, hostem atque parricidam vocare. tum ille furibundus 'quoniam quidem circumventus' inquit 'ab inimicis praeceps agor, incendium meum ruina restinguam.' *10* *15* *20*

Sallust, *Bellum Catilinae* 31

(a) *quibus rebus* … *diffidere* (lines 1–7): how does Sallust's language convey the dramatic impact of the conspiracy in these lines? **[18]**

(b) *postremo* … *restinguam* (lines 9–20): what picture of Catiline emerges from these lines, and how is it conveyed? **[18]**

[Quality of Written Communication: 4]

[Total = 36 + 4 = 40]

Group C: Historians

2 Answer the questions on the following passage:

igitur eis genus aetas eloquentia prope aequalia fuere, magnitudo animi par, item gloria, sed alia alii. Caesar beneficiis ac munificentia magnus habebatur, integritate vitae Cato. ille mansuetudine et misericordia clarus factus, huic severitas dignitatem addiderat. Caesar dando sublevando ignoscundo, Cato nihil largiundo gloriam adeptus est. in altero miseris perfugium erat, in altero malis pernicies. illius facilitas, huius constantia laudabatur. postremo Caesar in animum induxerat laborare, vigilare, negotiis amicorum intentus sua neglegere, nihil denegare quod dono dignum esset; sibi magnum imperium exercitum bellum novom exoptabat, ubi virtus enitescere posset. at Catoni studium modestiae decoris, sed maxume severitatis erat. non divitiis cum divite neque factione cum factioso, sed cum strenuo virtute cum modesto pudore cum innocente abstinentia certabat, esse quam videri bonus malebat: ita quo minus petebat gloriam eo magis illum sequebatur.

postquam, ut dixi, senatus in Catonis sententiam discessit, consul optumum factu ratus noctem quae instabat antecapere, nequid eo spatio novaretur, triumviros quae [ad] supplicium postulabat parare iubet; ipse praesidiis dispositis Lentulum in carcerem deducit. idem fit ceteris per praetores. est in carcere locus quod Tullianum adpellatur, ubi paululum ascenderis ad laevam, circiter duodecim pedes humi depressus. eum muniunt undique parietes atque insuper camera lapideis fornicibus iuncta, sed incultu tenebris odore foeda atque terribilis eius facies est. in eum locum postquam demissus est Lentulus, vindices rerum capitalium, quibus praeceptum erat, laqueo gulam fregere. ita ille patricius ex gente clarissuma Corneliorum, qui consulare imperium Romae habuerat, dignum moribus factisque suis exitium [vitae] invenit.

Sallust, *Bellum Catilinae* 54–55

(a) *Caesar … laudabatur* (lines 2–6): in what ways is this a particularly elegant series of contrasts? **[9]**

(b) *postremo … sequebatur* (lines 6–12): what contrast or contrasts between Caesar and Cato is Sallust making here? **[18]**

(c) *postquam … invenit* (lines 13–23): how does Sallust make this a powerful and vivid scene? **[9]**

[Quality of Written Communication: 4]

[Total = 36 + 4 = 40]

Section B

Answer the following question. The question carries 40 marks.

In answering the essay question in this Section, candidates are expected to be familiar with the following parts of the text, whether read in Latin or English:

Sallust, *Bellum Catilinae* 20–22, 31, 32.3–35, 39.6–41, 43–47.3, 52–55, 57–61

1 ‘Sallust’s greatest strength as a writer is his presentation of character.’ Do you agree?

OCR
RECOGNISING ACHIEVEMENT

Copyright Information

OCR is committed to seeking permission to reproduce all third-party content that it uses in its assessment materials. OCR has attempted to identify and contact all copyright holders whose work is used in this paper. To avoid the issue of disclosure of answer-related information to candidates, all copyright acknowledgements are reproduced in the OCR Copyright Acknowledgements Booklet. This is produced for each series of examinations, is given to all schools that receive assessment material and is freely available to download from our public website (www.ocr.org.uk) after the live examination series.

If OCR has unwittingly failed to correctly acknowledge or clear any third-party content in this assessment material, OCR will be happy to correct its mistake at the earliest possible opportunity.

For queries or further information please contact the Copyright Team, First Floor, 9 Hills Road, Cambridge CB2 1GE.

OCR is part of the Cambridge Assessment Group; Cambridge Assessment is the brand name of University of Cambridge Local Examinations Syndicate (UCLES), which is itself a department of the University of Cambridge.

© OCR 2010